Mф 24 : 45-47




Ps 131 : 8, 9, 11, 12, 13, 14, 15, 16

Surge, Domine, in requiem tuam,
tu et arca fortitúdinis tuae.

Sacerdótes tui induántur iustitiam,
et sancti tui exsultent.

Iuravit Dominus Dávid veritatem et non recedet ab ea:
De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodiérunt filii tui testamentum meum+
et testimonia mea, quae docebo eos,
filii eorum usque in saeculum sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion,
desideravit eam in habitationem sibi:

Haec réquies mea in saeculum saeculi;
hic habitabo, quoniam desideravi eam.

Cibaria eius benedicens benedicam,
pauperes eius saturabo panibus.